



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

33. Christus cum Deipara & S. Augustino ad ægrum Nicolavm invisunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Tum enim ad immortalium gaudiorum triumphum aspiravit eò ardentius, quò propius ærumnarum humanarum finem sibi imminere intellexit. Pietatis ergo lacrimis totus innatare, & fletu gemituque continuo velut ariete quodam cælum pulsare: fervidâ tandem prece rogare Deum, Deiparam & Augustinum, præsentarium in hoc agone suo auxilium. Neque diu se rogati Numen voluit. Postridie ergo conspicuum cum Matre-Virgine, & Legislatore suo Christum habuit, accepitque tanto opere desiderata animi solamina. Sed pergit NICOLAVS, avetque, quamquam jam non incertus esset, diem sibi fatalem, ex illis audire. Tum cæli Regina: Tertius à natali meo tibi ultimus dies erit, quo ab hominibus ad nos demigrabis; quare Eucharistico te pane muni ad hoc iter. Instare amplius NICOLAVS, atque aspectum eorum in ultimo certamine, adeoque ab inferni molestiis liberum animæ exitum ambire. Tamen enim iste nullus eos timeret, quos
tam

33.
Christus
cum Ma-
tre suâ &
D. Augu-
stino ad
ægnum
NICOLAVS
invisunt.

34.
Obitus sui
diem cer-
tum co-
gnoscit.